

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Opvs De Ivdiciis Divinis, Qvae Devs In Hoc Mvndo Exercet**

Accessit index concionatorius in omnes totius anni dies Dominicos & Festos, ab ipso Auctore confectus

**Stengel, Georg**

**Ingolstadii, 1651**

9. Lutheri de cælibatu antilogia.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45686**

acuto naso, & viperinis dentibus biliosam. Multi in omnibus timent, quod iste in vna metuebat; atque idecirco ab omnibus refugiunt, ne in malum incident, quod formidant. Debet igitur hæc libertas relinquere; ne, qui in malam vxorem incidit, coniugiorum necessitatem accuset; sed sibi ascribat, quod elegit. Enimvero adeò multa coniuncta sunt cum matrimonij incommoda, ut necesse sit, vnde ea orientur, declarare; ne quis quam in sanctissimæ coniugalis legis Constitutorem culpam fundat.

## IX.

*Ioan. 8. 44.  
Ils. 19. 14.  
Luther. t. 5.  
in serm. de  
matrim.*

Quod autem, quām facere incipio, non omittam apponere, quæ Caluinus ipse sibi contraria, super hoc argumento fudit, vti & Lutherus, ne nesciat Lector, hæresin, quæ in veritate non stetit, spiritu vertiginis agitari. Lutheri sunt ista: *Coniunctio in terris quidem melior est, ut cui minus solitudinis, & calamitatis insit, nec sui ipsius causa, verum ut melius ad verbi Divini annunciationem, tum curam acris animum intendat.* ut i. Cor. Paulus refert. *Dei verbum eiusq; ministerium, Calibatum manu monio anteponunt, qua ratione Christus & Paulus in eodem clarificant.* Quibus præmisit: *Nec ideo calibatum & virginitatem repbare mihi animus est, nec inde quenquam ad coniugale vinculum uitare.* Quod quomodo cum illis coheret, quæ in eodem sermone, præpe initium, dixit, his verbis? *Vt non est in meis tribus sicutum, ut vir non sim, tam non est mei iuris, ut absque mulier sim.* Rursum, *ut in tua manu non est, ut fæmina non sis, sic noster est, ut absque viro degas.* Nec enim libera est elección, aut consilium, sed res natura necessaria, *ut marem fæminæ, fæminam mari sociari oporteat.* Verbum enim hoc, quod Deus ait: *Crescite & multiplicate, non est preceptum, sed plusquam preceptum, diuinum pars opus, quod non est nostrarum virium, vel ut impediatur, vel ut emitatur: sed tam est necessarium, quām ut masculus sim, magis necessarium, quām edere, bibere, purgare, mucum emundare, somno & excubis intentum esse.* *In facta est natura & indoles, aquæ atque membra, quæ èo pertinent.* Quare ut nemini Deus in mandato dat, it sit mas, aut fæmina; sic nec ut se multiplacent, præcipit; sed homines ita condit, ut mas aut fæmina sint, utq; generationis sustineant. *Quod si quisquam prohibere molitur, egregie, ut est, perdurat suumq; matrum*

meatum scortatione, adulterio, qùd dì ἀφύρω τὸν παρεπλομέτων  
quaritat. Est enim hic natura necessitas, non arbitrij libertas. Quis  
huic Proteo credat, vultus adeò mutanti, & eodem ore dicentis  
marem femine, feminam mari sociari, tum est necessarium, quām  
ut masculus sim, &c. &c. Nec idè calibatum & virginitatem re-  
probare mihi animus est, nec inde quemquam ad coningale vinculum  
inuitare?

Quod si eandem quis, in Caluino, inconstantiam velit vi-  
dere, hæc verba illius, apud se, consideret. Quia multis molestijs  
implicitum est coningium, ait: semper conatus est Satan odio & infa-  
mia grauare, ut homines ab eo subduceret. Et paulò post: Sed vi-  
dendum est, quomodo hanc stultitiam refellat Dominus. Omnes hu-  
iis dicti capaces esse negans, significat electionem non esse positam in  
manu nostra, ac si de re nobis subiecta esset consultatio. Si quis utile  
sibi putat uxore carere, atque ita nullo examine habito calibatus le-  
gem sibi edicit, longè fallitur. Deus enim, qui pronunciauit bonum  
esse, ut viro adiutrix sit mulier, contempti sui ordinis pœnam exiget,  
quia nimis sibi arrogant mortales, dum se à celesti vocatione excimere  
tentant. His è diametro repugnant, quæ idem alibi, in hunc  
modum scribit. Sensus est (S.Pauli) Ego expedire arbitror propter  
necessitatem, qua sancti, in hac vita, urgentur semper, ut libertate  
ac commoditate Calibatus fruantur omnes: quoniam hoc illis con-  
duceret. Et in vers. 28. ciudem capitil ait: In suis hortationibus  
in calibatum inclinat S.Paulus. Dicit multas molestias coniugio an-  
nexas esse, idè se cupere omnes à coniugio esse liberos, qui immunes à  
molestijs esse velint. Et in vers. 32. Non sine causa, toties ad pra-  
dicanda commoda calibatus revolutur: videbat enim, quām non le-  
gia sint matrimonij onera. Is qui excimere se potest, non debet tale  
bonum negligere. Et rursum: En vacuitas solitudinum, quam  
Christianis optat, ut suas omnes cogitationes, suaq; studia Domino ad-  
dicant. Hanc in calibatu esse dicit: idè cupit omnes hac libertate  
frui. Et paulò infra: Hic est Pauli sensus, liberum esse calibem:  
neque impediri, quo minus, que Deisunt, cogiter. Hac libertate  
pij utuntur: ali omnia in exitium suum vertunt. Et in vers. 38.  
Summa totius disputationis hic redit, meliorem esse calibatum con-  
ingio, quia in illo major sit libertas, ut expeditius ferniant homines  
Deo.

X.  
Calu. Harr. in Mathe. 19.  
ii,

Caluin. inv.  
Cor. 7. . 26.